

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Henricus Warenius Johannes Battus

Disputatio De Febribus In Genere Et In Specie De Ephemera

Rostochi[i]: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72969464X>

Druck Freier  Zugang



R N. med. 1602.
Hanns Waren (Vermias), Drus.
Johann Balthus, Rsp.

ltio

BVS IN
ET IN
EMERA.

A⁸VXIL,

RENIO.
D.

dendam

T T V S

embris.

I⁸
ERIANO
CIL

13

1602



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72969464X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72969464X/phys_0004)

DFG

Disputatio DE FEBRIBVS IN GENERE ET IN SPECIE DE EPHEMERA.

Quam

DEO OPT. MAX. AVXIL.
PRÆSIDE
HENRICO WARENIO.
Phil. & Med. D.

*exercitij causā defendendam
suscipiet*

JOANNES BATTVS
Hamburgensis.

A. D. IV. Eid. Novembris.



ROSTOCHI
PRÆLO REVSNERIANO
ANNO M. D. C. I. B.

13
1602

R. H. med.



VIRO CLARISSIMO,
D. D.
IOHANNI BOKELIO,
MEDICO

**Doctissimo,
Felicissimo,
Expertissimo.**

*Melanati & fautoris suo omni honorum
genere, & obseruantia cultu
prosequendo,*

Medicinalēm hanc *δασην* ceu grati
animi *πάκησεν*

Obfero,

Johannes Battus
Hamb.

THESIS I.

Recensim Galenum nostrum; præceptionem in universalibus; exercitationem in particularibus consistere: dicentem, statuisse arbitror. Nos itaque Galenico hoc præcepto admoniti, missis nunc universalibus, ab eodem fusè satis tum alibi; tum maximè in lib. de morb. symptomatumq; causis & differentiis propositis: ad particularium; ab eodem inter alios, libris de febribus, de arte Curativa ad Glauconem, meth. medendi, aphorismorum comment. de locis affectis, &c. explicatorum accedemus: quo sic in his ipsis, illorum utilitas fiat evidentior.

2. In quibus sanè particularibus, cum alia sese quam latissimè extendere liquidò constet; alia exiguis quasi quibusdam cancellis circumscribi: ab illis merito hic nobis initium esse faciendum arbitramur.

3. Illorum itaq; in censu cum jure merito habenda sit universa febrium cohors, à quâ videlicet non una exiguavé aliqua humani corporis particula; sed totius microcosmi, modo licet dissipati, partes universæ redduntur infestæ: hanc ipsam mox nobis in initio examinandam censemus.

4. Quam eo rectius & plenius ut disquiramus, τινακή hujus penitus introspectiendum. A fervendo igitur qui febrim dictam volunt, non ineptè videntur ii facere. Hippocrates quippe noster dum νύξ appellat, eodem respexisse non injuriā asseritur.

5. Haud longum hinc abest Varro, qui febrim à februō, Sabiniis purgamentum denotante, denominatam fuisse affirmat. Ea enim est caloris natura, teste Philosopho, ut segreget heterogenea, residuis faciente homogeneis: quod ubi factum, depurationem esse factam quis negare ausit?

6. Definirionem quod spectat, ex variis Galeni locis hanc *Definitio*, tandem elicimus: quod sit calor priuaturalis in corde incensus, & inde in universum corpus, medianibus venis & arteriis, effusus, actiones primum & per se lœdens.

7. Nec enim quenvis calorem pro febre habendum censemus, qui in corpore nostro quovis modo, & quayis de causâ, ob-

oritur : sed illum dumtaxat, qui fontem caloris innatū oppugnat, actionesq;; præcipue vitales sensibiliter lædit.

8. Quia vero à Medicis in controversiam raptur ut cum maximè ; hæc ne intemperies Calori innato fixo ; an vero fluenti magis sit infensa ; non absque ratione de fixo hoc affirmari recte & commode videtur.

9. De quo enim sanitas enunciatur, huic & morbus, ratione contrarietatis, ascribendus erit : sanitas vero & actionum integritas à fixo potius innato calido, quam à fluente, censetur dependere : quippe quod hoc ipsum de essentia partii similiariū habeatur.

10. Morbus siquidem cum partis viventis sit affectio : male calido fluenti, (quod spiritibus & sanguini spirituoso naturā proximum, hisce immixtum) attribuitur. Unde pater, quantis in erroribus versentur, qui febrium differentias à Spiritibus in sinistro, vel ab humoribus in dextro cordis ventriculo contentis incensis, desumi existimant quippe qui morbum à causâ morbi interstinguere nesciant.

11. Nec tamen ita propriam hanc facimus calido innato fixo intemperiem, ut fluens planè immunis relinquatur : sed & eundem in intemperiem abripi asseveramus. Hic enim cum in humoribus & spiritibus in universum corpus sit fluxilis ; facit itidem, ut totum in partis consensum pertrahatur.

Cause. 12. Enascitur autem calor hic præternaturalis in corde, attingente Galeno lib. 1. de differentiis febrium c. 4. comprobante experientiâ, quinq; de causis : vel propter motum vehementiorem, aut corporis, aut animi : vel propter purrefactionem : vel propter externi calidi contactum : vel propter calidi effluvij, fuliginosive exrementi suppressionem : vel deniq; propter calidæ cujusdam substantiæ permixtionem.

13. Modum immutationis horum singulorum in corporibus persequi, brevitatis lex , quam sectamur, inhibit : Videri tamen is poterit apud Galenum dicto primo de febrium differentiis libro, à cap. 4. ad 7. ubi prolixè is explicatur.

14. Delibatis nunc hisce breviter potius , quam explicatis ; ad differentias febrium progredimur : quas quia à formâ rei essentiali desumendas Philosophi jubent : nō ētē febris in Calore præter-

170

Præternaturali consistere, ex definitione thesi 6. proposita, manifestum
fit: rectissime quoq; ex hujus differentiis illius differentias rimabimur.

15. **Præcipue vero hujus differ. nta à caloris qualitate, motu & Differentia**
subjecto hoc in loco desumuntur: Qualitatis igitur ratione, aliæ di-
cuntur Hippocrati 6. Epidem. I. textu 17. Mordaces, quoad tactum,
ut putridæ: aliæ minus mordaces sive mites, ut Ephemera.

16. **Ratione motus, vel Increscens, cum actimonia caloris intendi-**
tur: vel mitescens, cum scilicet eadem paulatim imminuitur: Medicis
appellatur.

17. **Præcipua tamen & Practicis ferè omnibus perquam usitata est,**
qua à caloris subjecto deponitur. Hic enim cum vel in Impetum fa-
cientibus, spiritibus slabuletur: vel in contentis, humoribus, hæreat;
vel deniq; in continentibus, sive solidis partibus: pro diversitate sub-
jectorum, diversimode etiam agens, & febrium differentias diversissi-
mas introducit.

18. **In primis etenim si hæreat, Ephemera Medicis appellata**
inducit. Hanc Hippocrates citato loco πειριγώδην, i, flatuosam: quod
tum alibi, tum maximè libello de Flatibus, Spiritus à flatibus non ita
accuratè interstinguat: nominavit. Humores cordis si infestet, Seni
nostro ρολισθη, i, humida: aliis vulgatissimè humoralis, dicitur. Con-
tinentibus tandem sive solidis cordis partibus si infensus sit calor, Hectio-
ca vocatur: Hippocrati deiròν ιδειν πυρετόν.

19. **A posteriori hac non multum abire videtur illa, quam Fernelius**
lib: 4. patholog. c. 2. proposuit; licet & à subjecto, & qualitate caloris
sit depontra. Distinguit itaq; is loco dicto, in Simplices, Putridas
& Pestilentes: Simplicibus assignat Ephemeras, synochos & hecticas;
Putridis, Continuas & Intermittentes: Pestilentibus illas adnumerat,
qua non solo calore, sed pestilenti & maligna pernicie, alias spiritus,
alias humores, alias solidam partium substantiam contaminant.

20. **Sunt & aliæ quamplurimæ ab adjunctis desumptæ apud autho-**
res differentiæ: dum quædam continuæ, quædam intermittentes: qua-
dam primariæ, quædam per consensem, &c. appellantur: Sicut & non-
nullæ benignæ; aliæ malignæ seu mali moris cognominantur.

21. **Hæc de febrium natura, causis & differentiis generatim dixisse**
sufficiat: reliquum est ad differentiarum enodationem ut accedamus:
in quibus cum præcipue sint illæ, qua à caloris subjecto desumuntur,

& in his simplicissimz, quæ Spiritibus insident, ab harum explicatione
initium faciemus.

Ephemera. 22. Ephemera hæc dicitur Medicis, nomine non ab essentiâ ejus-
dem; sed, convenientiori destituti. ab eventu, de prompto: quod nempè
diurno serè spatio finiatur; nec, si absit error vel ægri, vel assidentium,
vel Medici, ultra 24. horas protrahatur. Ephemeræ enim, diurno quod
spatio absolvitur, appellare, frequens est authoribus: uti patet ex
Aristotele lib. 5. de historiâ animal. c. 19. Diocoride lib. 4. cap. 84.

Definitio. 23. Definiri poterit: Calor præternaturam in spiritibus cordis
ethereis, calidi innati & fixi pabulum existentibus, incensus, inde per
venas & arterias cum calido fluente in totum sese corpus diffundens,
actionesq; manifestè lædens.

Differencia. 24. Ratione subjectorum duplicem hanc Medici faciunt, aliam
Simpliciter dictam, in Spiritibus residentem: quæ 24. hōris termina-
tur: de quā hoc loco agimus: aliam cum advectione, plurium die-
rum, quibusdam Ephemera synocha, synochus simplex & sine putre-
dine, Barbaris synocha inflativa. Hæc subiectum inhalationis unâ cum
spiritibus sanguinem supercalesfactum agnoscit: qui cum spiritibus
sit corpulentior atq; densior, diuturnior quog; calore febricitantem
affligit.

Causa. 25. Ephemerarum origo semper à causa ~~τεγκατησιν~~ dependet;
tales supra generatim thesi 12. sunt propositæ; putredinem tamen in
illis excipiendo. Speciatim vero de sententiâ Galeni, tum alibi, tum
maxime lib. 1. artis Curativæ ad Glauconem c. 2. lassitudo, ebrietas, ira,
miceror, aliaq; animi pathemata vehementiora, inguinum item bubo-
nes, &c. de quibus vide Gal. loco superiorius citato, tum etiam lib. 1. de
differ. febr. c. 8.

Signa. 26. Dignoscuntur Ephemeræ ex causis febrem inducentibus, ex
modo & qualitate caloris, ex pulsu & urinis, ex forma ipsius febris &
partium ejusdem.

27. Causam itaq;, ut antea dictum, hæc semper habent procatar-
cticam, eamq; immediatam, & in eo à putridis & hæticis distinguuntur,
quæ & ipse nonnunquam à procatarcticis; sed mediate tamen, inducantur:
particularia causarum signa petantur ex Gal. loco ante
citato.

28. Caloris qualitas, propter subiectum inhalationis, ad tactum
suavios

stravior atq; mitior est, quam in reliquis febribus: licet enim ad pri-
mam manus pectori admotionem acris appareat; tamen si paululum
moram ibidem agat, is facile & prompte mitescit ac superatur, cuius con-
trarium in alijs contingit.

29. Pulsus est magnus, vehemens & velox, omnis ferè inæquali- Pulsus
tatis expers. Diastole tamen aliquid quantulo major est Systole, quod illius
quam hujus major sit necessitas. Urinæ sanorum urinis quam similitæ: urina
interdum tamen paulo plus tincta, cum optimâ hypostasi: in nonnul-
lis cum nebula vel Encoremate, pro diversitate causarum & ægrotum.

30. In formâ & hujus partibus, considerantur tempora Ephemeræ
particularia: in iunctum, quod sine horrore aut rigore, incrementum æqua-
bile; vigor sine pravis symptomatibus: declinatio brevis cum sudore,
madore, vapore; quam suscipit plenaria febris solutio: Summa, totius
febrilis hujus constitutionis, in quo eis quædam, ab alijs quæ febribus
abest.

31. Subjectum hujus febris ut levissimum, ita & ipsa placidissima; Prognostica
quæ tamen si citra sudorem, madorem, vaporemve terminetur; in ca-
lidis & siccis corporibus, in Hæticam: in cacoehymicis vero, in putri-
dam abit. Ephemeræ ex cruditatibus obortâ, alyum lubricam esse, bo-
num: constipatam, malum. Febres omnes ex inguinum bubonibus na-
tæ, malæ: præter Ephemeras, Hipp. 4. Aphor. 5. 5.

32. Curationem hujus facilem, dignitionem vero difficultem adse- Curatio.
rit Galenus l. 1. ad Glauc. c. 2. Probè igitur hac cognita, causaq; insu-
per perspecta: contrarijs aggredienda erit curatio, idq; vel dicta, vel
pharmacia, vel etiam interdum Chirurgia: quibus tamen posterioribus
magis ferè ad præservationem, quam curationem utimur: ipsi igitur mis-
sisde primâ erit dicendum.

33. Dixtam in genere ex aph. 16. lib. 1. Hipp. instituere oportet
humectantem: cibi sint *έγχυμοι*, facilisq; concoctionis, tales sunt Ptisa-
na & tremor hujus, pulicula hordacea & avenacea, carnes pullorum
gallinaceorum: ab ovis tamen abstineatur: pisces item saxatiles, & id
genus alia concedi possunt.

34. Pro diversitate tamen causarum & temporum morbi vietus
quoq; immutetur. Sic quibusdam in principio, ab exhausto quippe
laborantibus: plerisque demum in declinatione cibum dare com-
petit: alijs item cibus & potus ad calidum & humidum vergens,
uti

ati qui ex eruditatibus, mœrore, conkipatione pororum entis & prohibita transpiratione febricitant: nonnullis ad frigidum humidum declinans convenientior. Horum omnium quantitas ex indigentia, temperamento, aetate, sexu, consuetudine ægri, &c. estimari debet.

35. Ad diætam quoq; referimus Balnea, Unctiones & frictiones, quibus ferè tribus ad Curationem Ephemeræ contenti fuerunt veteres. Hi quatuor Balnearum partes agnoverunt, ut eleganter ex Gal. I. 10. meth. c. 10. declarat Forestus l. 1. de febr. observ. 6. in scholio: harum verò partium duæ cum nobis tantum in usu sint, Vaporarium, pro sudore evocando: & solium aquæ dulcis, pro corporis sordibus detergendis, eoq; humectando: alterutrius usus in declinatione, atamen de consilio medici, commodè iniri poterit.

36. Unctiones, quæ sunt manibus oleo dulci inunctis, & ita ægri corpore blandè perfricto, quo pori ante usum balnei rectius aperiantur, cum nobis non adeo sint consuetæ, alijs relinquimus: frictionibus tamen, dummodo tempestivè adhibeantur, locum suum relinquimus.

37. Medicamentorum quoq; hic non adeo magnus est usus; nisi forsitan in corpore Cacochymico, ad præcavendam putridam, purgante medicamento imminuere Cacochymiam velimus.

38. Si cui tamen pro attemperando Spirituum fervore, ijsdemq; resocillandis, aquis Rosarum, buglossæ, borraginis, acetosæ, similivè aliqua cordiali, Syrupo acetosellæ, borraginis, idq; genus alio, attemperatis, utili placuerit, non prohibemus: hoc tamen admonendo, convenientissimum nobis videri, prædictis Olei Camphoræ, vel Auri potabilis aliquot gutt. vel Magisterij perlarum pauca grana, si immisceantur.

39. Idem de Chirurgia esto judicium: Ephemera etenim ratione sui ipsius, Chirurgicum auxilium non expostulat; sed eadem si corpus

Plethoricum invadat, ad præcautionem Synochi, Venæ
secchio admitti poterit.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72969464X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72969464X/phys_0013)

DFG

ati qui ex eruditatibus, mærore,
bita transpiratione febricitant : ne
cans convenientior. Horum on
peramento, etate, sexu, consuetud

35. Ad diætam quoq; referit
quibus ferè tribus ad Curationem.
Hi quatuor Balneorum partes ag
meth. c. 10. declarat Forestus l. 1.
verò partium duæ cum nobis tant
re evocando: & solium aquæ dulc
eoq; humectando: alterutrius usi
medici, commodè iniri poterit.

36. Unctiones, quæ sunt in
corpore blandè perfricto, quo po
cum nobis non adeo sint consuet
men, dummodo tempestivè adhil

37. Medicamentorum quoq;
forsan in corpore Cacochymico:
medicamento imminuere Cacoch

38. Si cui tamen pro attemp
socillandis, aquis Rosarum, buglo
cordiali, Syrupo acetosellæ, borta
placerit, non prohibemus: hoc
mum nobis videri, prædictis Olei
gutt. vel Magisterij perlarum pau

39. Idem de Chirurgia esto
se i ipsius, Chirurgicum auxiliur
Plethoricum inyadat, ad

seçtio ac







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn72969464X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72969464X/phys_0016)

DFG

stavior atq; mitior est, quam in reliquis febris: tam manus pectori ad motionem acris appareat; tamorā ibidem agat, is facile & prompte mitescit ac super trarium in alijs contingit.

29. Pulsus est magnus, vehemens & velox, omnis tatis expers. Diastole tamen aliquantulo major est Systole, quam hujus major sit necessitas. Urinæ sanorum urini interdum tamen paulo plus tinctoria, cum optimâ hypotensione cum nebula vel Encoremate, pro diversitate causarum.

30. In formâ & hujus partibus, considerantur ter particularia: initium, quod sine horrore aut rigore; incubile; vigor sine pravis symptomatibus; declinatio brevemadore, vapore; quam suscipit plenaria febris solutio febrilis hujus constitutionis, evocet quædam, ab aliis absit.

31. Subjectum hujus febris ut levissimum, ita & quæ tamen si citra sudorem, madorem, vaporemve te lidis & siccis corporibus, in Hecticam: in cacoehymicis dam abit. Ephemerâ ex cruditatibus abortâ, alvum lumen: constipatam, malum. Febres omnes ex inguinum, malæ: præter Ephemeras, Hipp. 4. Aphor. 5. 5.

32. Curationem hujus facilem, dignotionem verò rit Galenus l. 1. ad Glauco. c. 2. Probè igitur hac cognitio per perspecta: contrarijs aggredienda erit curatio, idque pharmacia, vel etiam interdum Chirurgia: quibus tam magis ferè ad præservationem, quam curationem utimur, sive primâ erit dicendum.

33. Dixtam in genere ex aph. 16. lib. 1. Hipp. in humectantem: cibi sint ἔχυμα, facilisq; concoctionis, na & tremor hujus, pulicula hordacea & avenacea, carnis gallinaceorum: ab ovis tamen abstineatur: pisces item & genus alia concedi possunt.

34. Pro diversitate tamen causarum & temporum quoq; immutetur. Sic quibusdam in principio, ab eius laborantibus; plerisque demum in declinatione cibis petit: alijs item cibus & potus ad calidum & humidum

